

Quodlibet

ad **C**of. undecimo. **Q**uod autē facioz
faciam vt amputem occasionem eo
rum qui volunt occasionem vt in q̄
gloriantur tales inueniantur sicut z
nos. Aliquando autem malefacerēt
predicatores si laboribus manū se
implicarent. si scz per laborem a pre
dicatione retrahētur. **U**nde gl. **L**.
xviiij. **C**auendum est predicatori ne
dum occupatur mens ad tempora
lia minus predicet eterna. **I**deo dicit
Augustinus in sepe dicto libro. q̄
apostolus dū essz athenis vbi opoz
tebat eum quotidie predicare nō o
perabatur manibus quod postea fe
cit veniens **C**orinthuz vbi iudeis p̄
dicabat solo die sabbati. **P**redicato
ribus enim non solum necessariū est
vt habeant tempus liberuz ab occu
pationibus in quo predicent sed eti
am in quo studeant. cum non habe
ant scientiam ex infusione sicut apo
stoli sed cōtinuo studio. **U**nde dicit
Gregorius in pastoralī exponens il
lud exo. **xv.** **F**ictes semper erunt in
circulis z **F**ictes inquit semp erunt
in circulis. quia nimiruz necesse est
vt qui ad officium predicationis ex
cubant a sacre lectionis studio nō re
cedant. **A**d octauum dicenduz q̄
per actionem intelligitur ibi non so
lum opus manuale sed omnia que
ad actiuam vitam pertinent. **S**olici
tudo autē que exhibetur a predica
toribus circa eos qui predicant ad
actiuam vitam pertinet. **R**atiōes
in contrarium concedo. tamen vlti
ma inducitur preter intentionem. gl.
eniz dicit secularia negotia esse que
sūt causa pecunie colligēde sine ope
manuali vt per mercationem z hu
iulmodi a quibus se debent serui dei
penitus abstinere. **o d d d d**

Incipit quodlibet octauuz sancti
Thome.

Questio nostra circa
tria versatur. **P**ri
mo circa ea que per
tinent ad naturam
Secundo circa ea
que pertinent ad cul
pam z gratiam **T**ertio circa ea q̄
pertinent ad penam z gloriaz **C**ir
ca primum querebatur primo de p̄
tinentibus ad naturam increatam.
Secundo de pertinentibus ad na
turam creatam **C**irca naturam in
creatam duo querebantur. **P**ri
o an senarius numerus secundum quē
omnes creature dicuntur esse perfe
cte sit creator vel creatura. **S**ecun
do de rationibus idealibus que sūt
in mente diuina vtrum per prius re
spiciunt exemplata. scilicet creaturas
ratione sue singularitatis vel ratio
ne nature specificē

Articulus primus

Ad primum sic proceditur. vt
dicitur q̄ senarius predictus
sit creator. **R**emota enim om
ni creatura perfectio non remanet
nisi in creatore. **S**ed remota omni
creatura facta in operibus sex die
rum remanet perfectio in numero sex
nario. **U**nde dicit **A**ugustinus. **iiij.**
super gene. ad litteram. **I**taqz si ista
non essent scilicet opera sex dierum
perfectus ille esset scilicet senarius.
Misi autem ille perfectus esset ista se
cundum eum perfectus non fierent.
ergo senarius numerus est creator.
Sed dicebat q̄ **A**ugustinus loq̄

Octauum

tur de senario quantum ad ideas senarij que est in mente diuina. **C**ōtra sicut remotis omnib⁹ creaturis remanet perfectio in idea senarij numeri. ita remanet idea lapidis i mente diuina. ergo in hoc non haberet senarius numerus aliquam preeminentiam ad lapides. quod tamen videtur esse contra intentionem aug⁹.

Preterea illud quod est permanentius omni creatura non est creatum sed creator. Senarius autem numerus est permanentior celo ⁊ terra que tamen videntur esse permanentissime creature. Unde aug. dicit. iij. super gen. ad litteram. Facili⁹ est celus ⁊ terram transire que secundum senarium numerum fabricata sunt q̄ effici posse vt senarius numerus non suis partibus compleatur. ergo senarius non est creatura sed creator.

Contra Creatoris perfectio non consistit ex partibus nec est in eo aliquid habens partes. Sed sicut dicit Augustinus in eodem libro Inuenimus senarium numerum esse perfectum ea ratione q̄ suis partibus compleatur. ergo senarius numerus nō est creator sed creatura. **R**esponso dicendum. q̄ secundum Auicennam in sua metha. triplex est alicuius nature consideratio. Una prout consideratur secundum esse quod habet in singularibus. sicut natura lapidis in hoc lapide ⁊ i illo lapide. Alia vero est consideratio alicuius nature secundum esse suū intelligibile. sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia vero est consideratio nature absoluta prout abstrahit ab vtroq̄ esse secundum quā considerationem consideratur natura lapidis vel cuiuscunq̄ alterius quantum ad ea tantum que per se

competunt tali nature. Harum quidem trium considerationū due semper uniformiter eundem ordinem seruant. Prior enim est consideratio alicuius nature absoluta q̄ consideratio eius secundum esse quod habet in singularibus. Sed tertia consideratio nature que est secundum esse quod habet in intellectu non semper habet eundem ordinem ad alias considerationes. Consideratio enim nature secundum esse quod habet in intellectu qui accipit a rebus sequitur vtrancq̄ aliarum considerationum.

Hoc enim ordine scibile precedit scientiam ⁊ sensibile sensum. sicut ⁊ mouens motum ⁊ causa causatum. **S**ed consideratio nature secundum esse quod habet in intellectu causante rē precedit alias duas considerationes.

Cum enim intellectus artificis adinuenit aliquam formam artificiatam. ipsa natura seu forma artificiatam in se considerata est posterior intellectu artificis. ⁊ per consequens etiam archa sensibilis que talem formam vel speciem habet. Sicut autem se habet intellectus artificis ad artificiatam. ita se habet intellectus diuinus ad omnes creaturas. **U**nde vniuscuiusq̄ nature causate prima consideratio est secundum q̄ est in intellectu diuino. Secunda vero consideratio est ipsius nature absolute. Tertia secundum q̄ habet esse in rebus ipsis vel in mente angelica. Quarta secundum esse quod habet in intellectu nostro. Et ideo Dionysius dicit. xij. c. de di. no. hunc ordinem assignans q̄ primo inter oīa ē ipse substantificator rex de⁹ postea vero ipsa dona dei que creaturis exhibentur et vniuersaliter et particulariter considerata. vt per se pulcritudinem per se vitam quaz di

Quodlibet

cit esse donum ex deo proueniens. i. ipsam naturam vite. deinde ipsa participantia vniuersaliter et particulatim considerata que sunt res in quibus natura esse habet. In his ergo illud quod est prius semper est ratio posterioris. et remoto posteriori remanet prius. non autem e conuerso. Et inde est quod hoc quod appetit nature secundum absolutam considerationem est ratio quare competat nature alicui secundum esse quod habet in singulari. et non e conuerso. Ideo enim sortis est rationalis quia homo est rationalis. et non e conuerso. unde dato quod sortis et plato non essent. adhuc humane nature rationalitas competeret. Similiter etiam intellectus diuinus est ratio nature absolute considerate et in singularibus. et ipsa natura absolute considerata et in singularibus est ratio intellectus humani et quodammodo mensura ipsius. Possunt ergo verba Augustini intelligi de senario dupliciter. Uno modo ut per senarium numerum intelligatur ipsa natura senarii absolute cui primo et per se competit perfectio que quidem est ratio perfectionis eorum que senarij participant. unde remotis omnibus que senario perficiuntur adhuc perfectio nature senarii competit. et hoc modo senarius nominat naturam creatam. Alio modo potest intelligi senarius numerus secundum esse quod habet in intellectu diuino. sic eius perfectio est ratio perfectionis in creaturis inuenite que secundum senarium sunt condite. quibus etiam remotis in predicto senario perfectio remaneret. Sic autem senario non erit creatura sed ratio creature in creato re que est idea senarii. et est idem secundum rem quod diuina essentia

ratione tantum differens. Ad primum ergo dicendum est. quod remotis omnibus creaturis que sunt facte in senario dierum non dicitur quod perfectio remaneat in senario numero quasi senarius numerus aliquod esse habeat in rerum natura nulla creatura existente. Sed quia remoto omni esse creato remanet absoluta consideratio nature senarii prout abstrahit a quolibet esse. et sic attribuitur sibi perfectio sicut remotis omnibus singularibus hominibus adhuc remaneret rationalitas attribuibilis humane nature. Ad secundum dicendum est. quod in rebus creatis quedam sunt magis communes et quedam magis contracte. ita etiam rationes rerum in deo magis communium ad plura se extendunt. minus vero communium ad pauciora. Et quia unitas et multitudo sunt omnibus rebus creatis communia. ideo etiam ratio idealis numeri ad omnes creaturas se extendit. Unde dicit Boetius in principio arithmetice. Omnia quecumque a primea rerum natura constituta sunt numerorum specie videntur esse formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris. Exemplar autem lapidis aut idea non se extendit ad omnes creaturas. et ideo si senarius accipiat pro idea senarii quantum ad hoc adhuc senarius erit eminentior lapide id est quam idea lapidis. prout scilicet ad plura se extendit. et iterum prout perfectio competit senario secundum naturam senarii non autem lapidis. Ad tertium dicendum. quod non est intentio Augustini dicere. quod si celum et terram transeant et cetera creature que senarius remaneret secundum aliquod esse creatum.

Octauum

sed qui a si omnes creature ab esse de-
ficerent r emaneret adhuc natura se-
narū p̄out abstrahit a quolibz esse
huiusmodi quod eius perfectiōi cō-
petit sicut etiaz natura humana ma-
nebit talis q̄ ei competeret rationali-
tas. **Ad** illud vero quod in con-
trarium obijcitur dicens q̄ quis
in deo nō possit esse aliquid habēs
partes. tamen potest in eo esse ratio
rei habentis partes. & sic est in eo ra-
tio senarij ex partibus constituti et
ratio suarum partium.

Articulus .ij.
Psecundum sic proceditur.
Videtur q̄ idee que sunt in
mente diuina per prius respi-
ciant res quantum ad naturam sin-
gularem q̄ quantum ad naturam spe-
ciei. quia vt August. dicit i li. lxxiij.
q. Idee sunt quedam forme vel rati-
ones rerum stabiles que in diuina
intelligentia continentur. & cum ipse
neq; oriatur neq; intereat. secūdi-
eas tamen formari dicitur omne qd
oziri vel interire potest. & omne qd
ozitur vel interit sed solum singula-
re est quod ozitur & interit id est qd
generatur & corrumpitur. ergo idee
per prius respiciunt singulare. **Sz**
contra. Cum idee sint forme exem-
plares requiritur ad rationem idee
assimilatio ideati ad ipsam. Sed ide-
atum id est res creata magis assimi-
latur diuino exemplari secundum
formam a qua est ratio speciei q̄ se-
cundum materias que est individu-
ationis principium. ergo idee p̄ pri-
us respicit naturam speciei q̄ singulari-
tatem individui. **R**esponso dicen-
dam q̄ cum in mente diuina sint om-
nium creaturarum forme exempla-
res que idee dicuntur sicut in mente

artificis forme artificiatorū. hoc ta-
men interest inter formas exempla-
res que sunt in mente diuina & in mē-
te artificis creati. q̄ creatus artifex
agit ex preiussupposita materia. vñ for-
me exemplares que sunt in mente ei-
non sunt factiue materie que est in-
diuiduationis principium. sed soli-
forme a qua est species artificiati. et
ideo huiusmodi forme exemplares
non respiciunt directe artificiatum
quātum ad individuum sed quātum
ad speciem solum. forme autēz exem-
plares intellectus diuini sūt factiue
totius rei & quantum ad formam &
quantum ad materiam. & ideo respi-
ciunt creaturam non solum quātum
ad naturam speciei. sed etiam quan-
tum ad singularitatem individui p̄
prius tamen quantum ad naturam
speciei. quod ex hoc patz. Exemplar
enim est ad cuius imitationē sit ali-
quid. Unde ad rationē exemplaris
requiritur q̄ ipsa assimilatio operis
ad exemplar sit intenta ab agente. a-
lias talis assimilatio casu accideret
& non sin viam exemplaritatis. Sic
ergo in ratione exemplaris includi-
tur intentio agentis. **Ad** hoc ergo p̄
prius exemplar respicit q̄ agens pri-
mo intendit in opere. Agens autem
quolibz principaliter intendit in ope-
re id quod perfectius est. natura au-
tem speciei est perfectissimuz in vno
quoq; individuo. per ipsam enīz du-
plex imperfectio perficitur. imperfe-
ctio scilicet materie que est singulari-
tatis principium que cum sit in po-
tentia ad formam speciei perficitur
quando naturam speciei consequit.
& iterum imperfectio forme genera-
lis que se habz ad differentias speci-
ficas in potentia vt materia ad for-
mam. vnde species specialissima est

Quodlibet

primo in intentione nature. ut p3 p
Auid. in prin. sue meth. Non enim
natura intendit principaliter genera-
re. Sortem alias destructo sorte ori-
do et intentio nature periret. Inten-
dit autem in sorte generare hominē
similiter non intendit principaliter
generare animal. alioquin quiesce-
ret eius actio quā ad naturam anima-
lis perduxisset. cum tamen in indivi-
duo generato prius compleatur na-
tura animalis quā hominis. ut patet
in. xvi. de animalibus. Non autem pri-
us est homo quā hic homo. Cū exemplar
quod est in mente divina primo na-
turam speciei respicit in qualibz cre-
atura. Ad primum ergo dicen-
dum. quod id quod est primum in intenti-
one est ultimum in executione. Cū
quis natura primo intendat genera-
re hominē per prius tamen genera-
tur hic homo. Non enim homo ge-
neratur nisi per hoc quod hic homo ge-
neratur. et propter hoc etiam in dif-
finitōe idee dicitur quod secundum eas oritur
omne quod oritur quantum ad vias
executionis in qua singularia sunt pri-
mum. Secundum quod in contra-
rium obijcitur conceditur.

Quando queritur de his que
pertinent ad naturam crea-
tam. Et primo de his que
pertinent ad animam humanam.
Secundo de his que pertinent ad
corpus. Circa primum queruntur
duo. Primo utrum anima accipi-
at species quibus cognoscit a rebus que
sunt extra eam. Secundo quomodo cha-
ritas vel quilibz alius habitus a nō
habente cognoscatur.

Articulus tertius.

Ad primum sic proceditur. vi-
detur quod anima non accipiat
species a rebus que sunt ex-
tra eam. Dicit enim Augu. xij. super
Gene. Imaginem corporis non cor-
pus in spiritu sed ipse spiritus in se
ipso facit celeritate mirabilis. non au-
tem eam in se ipso faceret si a rebus
exterioribus eas acciperet. ergo ani-
ma non accipit a rebus species quibus
cognoscit. Preterea eius solius est di-
mensionem a re dimensionata abstra-
here cuius est dimensionem corpori-
bus dare. quod est solius creatoris.
Sed ad hoc quod species a rebus accipi-
atur in anima oportet quod ab ipsa spe-
cie dimensiones separentur quia in
rebus extra animam habent esse di-
mensionale. non autem in anima ma-
xime quantum ad intellectus. Ergo
anima non potest accipere species a
rebus sensibilibus. In contrarium
videtur esse tota philosophorum do-
ctrina que sensum a sensibilibus. ima-
ginationem a sensu. intellectus a fan-
tasmibus accipere fatetur. Respon-
sio dicendum quod anima humana simi-
litudines rerum quibus cognoscit ac-
cipit a rebus illo modo accipiendi
quo patiens accipit ab agente. quod
non est intelligendum quasi agens in-
fluat in patiens eandem numero spe-
ciem quam habet in se ipso. sed gene-
rat sui similem educendo de poten-
tia in actum. et per hunc modum di-
citur species coloris differri a corpo-
re colorato ad visum. Sed in agen-
tibus et patientibus distinguendum
est. Est enim quoddam agens quod
de se sufficiens est ad inducendum
formam suam in patiens. sicut ignis
de se sufficit ad calefaciendum. Quod-
dam vero agens est quod non suffi-
cit de se ad inducendam formam suam

Octauum

in patiens nisi superueniat aliud agēs
sicut calor ignis non sufficit ad com-
plendum actionem nutritionis nisi
per virtutem anime nutritiue. vnde
virtus anime nutritiue est principa-
liter agens calor vero igneus instru-
mentaliter. Similiter etiaz est diuer-
sitas ex parte patientium. Quoddā
em̄ est patiens quod in nullo coope-
ratur agenti sicut lapis cum sursum
proijcitur. vel lignum cum ex eo fit
scamnum. Quoddam vero patiens
est quod cooperatur agenti. sicut la-
pis cum deorsum proijcitur. et cor-
pus hominis cum sanatur per artes
et secundum hoc res que sunt extra
animam tripliciter se habent ad di-
uersas anime potētias. ad sensus ei
exteriores se habēt sicut agentia suf-
ficientia quibus patientia non coo-
perantur sed recipiunt tantum. **Q**
autem calor per se non possit moue-
re visum nisi lux superueniat non est
contra hoc quod dictum est. quia tā
calor q̄ lux inter ea que sunt extra
animam computantur. Sensus au-
tem exteriores suscipiunt tantum a re-
bus per modum patendi sine hoc
q̄ aliquid cooperentur ad sui for-
mationem quāvis iam formati habe-
ant propriam operationem que est
iudicium de proprijs obiectis. s; ad
imaginationem res que sunt extra
animam comparatur vt agentia suf-
ficientia. Actio enī rei sensibilis nō
sistit in sensu sed vterius pertingit
vsq; ad fantasiam siue imaginatio-
nem. tamen imaginatio est patiens
quod cooperatur agenti. Ipsa enim
imaginatio format sibi aliquarū re-
rum similitudines quas nunq̄ sensu
percepit. ex his tamen que sensu per-
cipiuntur componendo eas et diuidē-
do sicut imaginamur montes aurei

os quos nunq̄ vidimus et hoc q̄ vi-
dimus aurum et montes. Sed ad in-
tellectum possibilem comparantur
res sicut agentia insufficientia. Actio
enim ipsarum rerum sensibilium nec
etiam in imaginatione sistit sed fan-
tasinata vterius mouent intellectū
possibilem. non autem ad hoc q̄ ex
le ipis sufficiunt cuz sint in potentia
intelligibilia. intellectus autem non
mouetur nisi ab intelligibili in actu.
Unde oportet q̄ superueniat actio
intellectus agentis cuius illustratio
ne fantasinata fiunt intelligibilia in
actu. sicut illustratione lucis corpo-
ralis fiunt colores visibiles actu. et
sic patz q̄ intellectus agens est prin-
cipale agens quod agit rerum simi-
litudines i intellectu possibili. fanta-
sinata autem que a rebus exteriori-
bus accipiuntur sunt quasi agentia
instrumentalia. intellectus enim pos-
sibilis comparatur ad res quarum
noticias recipit. sicut patiens quod
cooperatur agenti. multo enim ma-
gis potest intellectus formare quid-
ditatem rei que non cecidit sub sen-
su q̄ imaginatio. **A**d primum
ergo dicendum q̄ si verbum Augu-
stini referatur ad intellectum sic pla-
num est q̄ res non faciunt sui simili-
tudinem in intellectu possibili prin-
cipaliter. sed intellectus agēs. **S**i au-
tem referatur ad imaginationem fa-
ciunt quidem sed non soluz quia ipsa
imaginatio cooperatur. vt dictum
est. **I**n sensu autem facit corpus sui
similitudinem sufficienter et solum.
sed de hoc non loquitur Augustin⁹
quia sensum contra spiritum diuidit
siue corporalem visionem contra spi-
ritualem. **A**d secundum dicen-
dum. q̄ ratio illa procedit ac si illa
eadem species numero que est in rei
o iij

Quodlibet

vel in imaginatione postmodum fieret in intellectu. sic enim oporteret quod auferretur ab ea dimensiones. et hoc patet esse falsum.

Articulus iij

Hsecundum sic proceditur. Videtur quod non habens charitatem eam cognoscat per speciem. Omne enim quod cognoscitur vel cognoscitur per essentiam vel per sui similitudinem. Sed charitas a non habente non cognoscitur per sui essentiam quia non est essentialiter in eo. ergo si cognoscitur a non habente cognoscitur per sui similitudinem. **P**reterea aliquis habens charitatem aliquo modo cognoscit eam se habere ad minus per coniecturas vel revelationem. et similiter postquam eam amiserit potest recordari se eam habuisse. quod esse non potest nisi per eius speciem in memoria reservatam. ergo charitas a non habente qui per eam habuit per sui similitudinem cognoscitur. et eadem ratione a quolibet alio non habente. **P**reterea dicit Aug. 1. confessionum. Hoc modo se habet memoria ad intelligentiam sicut venter animalis ruminantis ad os. quia sicut id quod est in ventre animalis ruminantis reducitur ad os. ita quod est in memoria reducitur ad intelligentiam. Si ergo in memoria conservatur charitas per sui similitudinem et ab intelligentia capietur per sui similitudinem. **C**ontra est quod Augustinus dicit. ij. super Gene. et habetur in glosa. ij. ad Cor. xij. De intellectualis visio est earum rerum que non habent species

sibi similes que non sunt quod ipse. et inter huiusmodi ponit charitatem. ergo charitas non potest cognosci per sui similitudinem sed solum per essentiam. **R**esponso dicendum quod duplex est cognitio charitatis. una qua cognoscitur quid est charitas. Alia qua charitas percipitur. ut cum aliquis cognoscit se habere charitatem quod pertinet ad cognitionem an est. **P**rima quidem cognitio charitatis eodem modo competit habenti et non habenti charitatem. nam intellectus humanus natus est rerum quidditatem comprehendere in quibus cognoscendis naturaliter procedit. sicut in cognoscendis conclusionibus complexis. Insunt enim nobis naturaliter quedam principia prima complexa ab omnibus nota ex quibus ratio procedit ad cognoscendum in actu conclusiones que in predictis principijs potenti aliter continentur siue per inventionem propriam. siue per doctrinam alienam siue per revelationem divinam in quibus omnibus modis cognoscendi homo iuuatur ex principijs naturaliter cognitis. vltima quod ipsa principia cognita ad cognitionem adquirendam sufficiant adminicula tibus sensu et imaginatione. sicut cum aliquam cognitionem adquirimus per inventionem vel doctrinam. vel ita quod principia predicta ad cognitionem adquirendam non sufficiant. nihilominus tamen in huiusmodi cognoscendis principia dirigunt in quantum inveniuntur non repugnare principijs naturaliter cognitis. quod si esset intellectus nullo modo eis assentiret. sicut non potest dissentire principijs. **E**t similiter in intellectu insunt

Octauum.

nobis etiam naturaliter quedam conceptioes ab omnibus note vt entis vnus boni ⁊ huiusmodi. a quibus eodem modo procedit intellectus ad cognoscendum quidditatem vnus cuiusq; rei per quem procedit a principijs per se notis ad cognoscendas conclusiones. ⁊ hoc vel per ea que quis sensu percipit. sicut cum per sensibiles proprietates alicuius rei concipio illius rei quidditatem. vel per ea que ab alijs quis audit. vt cum laicus qui nescit quid sit musica. cum audit aliquam artem esse per quam discit canere vel psallere concipit quidditatem musice. cum ipse presciat quid sit arsz quid scit canere aut etiam per ea que ex reuelatione habentur. vt est in his que fidei sunt.

Cum enim credimus aliquid esse in nobis diuinitus datum quo affectus noster deo vnitur. concipimus charitatis quidditatem intelligentes charitatem esse donum dei quo affectus deo vnitur. precognoscentes tamen quid sit donum. et quid affectus. et quid vnio. de quib; etiam quid sint scire non possumus nisi resoluendo in aliqua prius nota. ⁊ sic quousq; pueniamus vsq; ad primas conceptioes humani intellectus que sunt omnibus naturaliter note. Et quia naturalis cognitio est quedam similitudo diuine veritatis menti nostre impressa secundum illud ps. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ideo dicit Augustinus. x. de tri. q. huiusmodi habitus cognoscuntur in prima veritate. Ipsa autem conceptio charitatis quam intellectus format modo predicto non est soluz similitudo charitatis sicut species rerum in sensu vel imaginatione. quia sensus ⁊ imaginatio nun-

q; pertinent ad cognoscendum naturam rei. sed solummodo accidentia que circumstant rem. ⁊ ideo species que sunt in sensu vel imaginatione non representat naturam rei. s; accidentia eius tantum. sicut statua representat hominem quantum ad accidentalia. Sed intellectus cognoscit ipsam naturam ⁊ substantiaz rei. Unde species intelligibilis est similitudo ipsius essentie rei. ⁊ est quodammodo ipsa quidditas ⁊ natura rei secundum esse intelligibile non secundum esse naturale prout est in rebus. ⁊ ideo omnia que non cadunt sub sensu ⁊ imaginatione sed sub solo intellectu cognoscuntur per hoc q; essentie vel quidditates eorum sunt aliquo modo in intellectu. Et hic est modus quo charitas cognoscitur cognitione quid est tam ab habente charitatem q; a non habente sed secundum alium modum cognoscendi charitatem neq; charitas neq; aliquis habitus siue potentia percipitur a nostro intellectu nisi p hoc q; actus percipiuntur. vt p3 per pbm. x. eth. Actus autem charitatis vel alterius habitus eliciuntur ab ipsa caritate vel ab alio habitu per propriam essentiam charitatis vel alterius habitus. ⁊ per hunc modum dicitur aliquis se cognoscere habere charitatem vel alium habitum per ipsam essentiam habitus esse naturale qd habet in rerum natura ⁊ non solum in intellectu. Sic autem nullus potest cognoscere charitatem nisi charitatem habes quia actus charitatis ⁊ aliarum virtutum precipue persistunt in motibus interioribus qui non possunt esse cogniti nisi operari nisi quatenus manifestantur ex actibus exterioribus. ⁊ sic per quendam prelectionem aliquis si habes charitatem potest percipere alium charitatem habere

Quodlibet

Hoc autem dico supponendo qd aliquis possit scire se habere charitatē quod tamen non puto esse verum quia in actibus ipsi charitatis nō possumus sufficienter percipere qd sint a charitate eliciti propter similitudinem dilectionis naturalis euz dilectione gratuita. **A**d primum ergo dicendū qd in non habente charitatem non secundum esse nature. s; secundum esse intelligibile est essentia charitatis. **A**d secundum dicendū qd post qd aliquis desinit habere charitatem secundum esse naturale charitatis adhuc charitas i ipso manet secundum esse intelligibile. et sic potest scire quid est charitas. Manet etiam in memoria eius actus charitatis quos facit etiam in memoria sensibili propter actus sensibiles charitatis qui utiq; manent secundum sui similitudinem sicut et cetera sensibilia. et ex his aliquis memoratur se habuisse charitatem. **A**d tertium dicendū qd illud quod est in memoria redit ad intelligentiam non ita qd eadem species numero. que est in memoria postmodum fiat in intellectu. sed per illum modum loquendi quo fantasinata dicuntur fieri in intellectu. ut dictum est

Articulus .v.

Deinde queritur de his que pertinent ad corpus humanum. vtrum alimentum conuertatur in veritatem humane nature. **E**t videtur qd non. quia in corpore humano id quod est de veritate humane nature est caro vel os secundum speciem. s; alimentum non conuertitur in id quod est fm spem sed in id qd est fm materiaz. ut videtur dicere pbs in pmo de generatiōe. ergo alimentum non pvertitur in ver-

ritatē humane nature. **P**reterea id qd est de veritate humane nature o; qd sp in homine maneat. alias non remaneret homo idem numero. s; illud quod generatur ex alimento nō semper manet imo fluit et refluat. ut patet ex .i. de generatiōe. ergo qd generatur ex alimento non est de veritate humane nature. **P**reterea aug. dicit qd nos fuimus in adam dupliciter. sc; fm seminale rōnem et fm corpulentam sbam. **C**hristus autē fuit in eo fm corpulentā substantiā et nō fm seminale rōnē. id autē quod ex alimento generatur in nobis nō fuit i adam. ergo illud quod est de veritate corpulente sbe nostre nō est ex alio mēto generatū. **S**ed dicebat qd corpulenta nostra sba fuit in adam originaliter et nō essentialiter. **S**ed contra. Semen originē rei importat. si ergo dicimur in adam fuisse fm corpulentam sbam originaliter tū. tunc idem erit esse fm corpulentā sbam et fm seminale rōnē. qd est falsū. ergo idem qd p;? **S**ed contra est qd dicitur in .ij. de aīa. **A**limentū est potētia tale quale est illud quod nutrit. **S**ed qd est potētia aliqualē in illud conuertitur potest. ergo alimentum conuertitur potest in illud quod nutritur. **S**ed illud quod nutritur est id qd est de veritate humane nature. ergo alimentum conuertitur in id qd est de veritate humane nature. **P**reterea semen ex quo fit generatio maxime videtur ad veritatem humane nature pertinere. sed semen secundū philosophum in decimo quinto de animalibus. est de superfluo alimentū. **E**rgo alimentum conuertitur in veritatem humane nature. **R**espōsio dicendum qd ad huius questiōis euidentiā oportet primo videre qd

Octauum.

fit veritas hūane nature. veritas at
vnicuiusq; rei vt dicit Auicēn. in sua
metha. nihil est aliud q̄ pprietas sui
esse quod stabilitum est ei sicut illud
quod proprie h̄ esse auri attingēs
ad terminos stabilitos nature auri
dicitur esse vere aurum. **U**numq; q̄
q̄ autem proprie habet esse in aliq̄
natura p̄ hoc quod substat comple-
te forme proprie illius nature a qua
est esse 7 ratio speciei in natura illa.
vnde illud pertinet ad veritates vni-
uscuiusq; rei quod est completiuum
illius rei per formam. 7 pertinet di-
recte 7 per se ad completionem illi-
us rei. tam enī in naturalibus q̄ ar-
tificialibus inueniuntur quedam in-
quibus consistit principaliter ratio
rei. alia autem que sunt ordinata ad
horum conseruationem 7 meliorati-
onem sicut stipes 7 fructus per se per-
tinent ad complementum arboris vsq̄
sunt de veritate nature ipsius. **F**olia
autem sunt quodāmodo ordinata
ad fructuū conseruationem 7 quan-
tum ad hoc non videretur esse de ve-
ritate nature arboris principaliter.
Similiter ratio gladij consistit ī fer-
ro 7 acumine eius. vagina autem est
ad gladij conseruationem. vñ si gla-
dius est res naturalis ferrum est 7
veritate nature eius non autez vagi-
na. **S**ic autem de veritate humane
nature esse dicimus illud quod per
se pertinet ad perfectionem humane
nature complete participās formaz
speciei. illud autem non est de verita-
te humane nature in homine quod
est ordinatum quodāmodo ad ho-
minis cōseruationem vel melioratio-
nem quācūq;. **S**ciendum est ergo q̄
natura humana pōt dupliciter p̄side-
rari. vel fm̄ totam spēm humanā. vñ
fm̄ esse qd̄ habz in hoc indiuiduo. 7

fm̄ hoc inueniuntur in p̄nti questiōe
tres opiniones. **Q**uidaz enim dicūt
q̄ alimētum non conuertitur in ve-
ritatez humane nature neq; fm̄ spēs
neq; fm̄ indiuiduū. **D**icūt enī q̄ to-
ta materia que nata ē esse sub specie
humane nature fuit in corpore. **A**de-
nec aliqua alia materia potest fieri
vere substans humane speciei. 7 ex il-
la materia ex qua corpus primi ho-
minis p̄stabat fuerit aliqua pars de-
cisa que quidem per multiplicatio-
nem quandam sine additione exteri-
oris materie augmentata est in tātū
q̄ peruenit vsq; ad perfectam 7 com-
pletam quātitatē in corpore. **B**eth.
Ex quo iterum aliquid decisum est
in formationem corporis filij sui et
predicto modo multiplicatum. 7 sic
totum humanum genus multiplica-
tum est ex illa materia que fuit ī cor-
pore primi hominis sine alicuius ex-
trinseci additione. illud autem quod
ex alimento generatur est necessariū
nobis ad conseruationem illius hu-
miditatis que est de veritate huma-
ne nature. vt scz calor naturalis hab-
bēs aliquid aliud quod p̄sumat scz
humiditatē ex alimēto generatā q̄ si
accidentales non consumat humidi-
tatē q̄ est 7 veritate humane nature
sicut artifices apponūt plūbum argē-
to. vt videlz in p̄latozio p̄sumat plū-
bū 7 argētum nō p̄sumatur ab igne
vñ in resurrectiōe q̄ veritas huma-
ne nature erit icōsumptibilis alimēto
nō idigebim⁹. nec resurget in nobis
aliqd̄ qd̄ ex alimēto sit generatū sed
solum id quod fuit in adam. **S**ed ī
conueniens videtur huiusmodi po-
sitiō propter duo quātuz ad p̄fēs
pertinet. quia eiusdem ratiōis ē for-
mā aliquā nihil amittere 7 materia
subiecta 7 nihil 7 nouo adq̄rere cui⁹

Quodlibet

substantie et nature nihil accrescit nec
deperit. **C**onstat autem quod aliqua ma-
teria que erat substantia humane natu-
re desinit esse humane nature substantia,
sicut patet in morte uniuscuiusque ho-
minis. unde nisi aliqua materia de
novo adderetur humane nature se-
queretur quod minus esset modo id quod
est de veritate nature humane in ac-
ctu quod tempore ade. et sic natura speci-
ei non perfecte saluaretur per gene-
rationem. **S**ecundo quia ista muta-
tio quam multiplicationem dicunt
nullo modo est secundum essentiam ipsam ma-
terie sed solummodo secundum quantitates vel
dimensiones ei accidentes. **N**on enim
dicunt quod aliquid materie de novo
per essentiam creetur vel aliunde ad-
datur. sed quod illa eadem materia que
prius erat minor postea fiat maior.
nihil autem est aliud rarefieri et con-
densari quam mutari eandem materiam
de magnis dimensionibus in parvas
et e converso. **U**nde sequeretur secundum pre-
dictam positionem quod illud quod est de
veritate humane nature semper rarefice-
ret per continuam generationem et
augmentationem. et tantum quantum na-
tura sustinere non possit. **E**sset enim iam
illud quod est de veritate humane
nature innumerabiliter magis rari-
us quam ignis. quod patet esse falsum. **E**t ideo
alia opinio dicit quod alimentum con-
vertitur in veritatem humane natu-
re primo et principaliter secundum species
non autem secundum individuum nisi secu-
dario. **D**icunt enim quod in unoquoque
individuo humane speciei illud primo
et principaliter est de veritate hu-
mane nature quod a parentibus tra-
xit. et hoc vocatur a philosopho caro et os
secundum speciem que semper manent sed quia
illud cum sit modicum non sufficeret
ad perfectam quantitatem. debetque hu-

mane nature sine additione. **I**deo ad-
iungitur illud quod ex alimento gene-
ratur non solum ad hoc quod conserue-
tur illud quod fuit a primis parenti-
bus acceptum. ut dicebat prima opi-
nio. **S**ed ad hoc quod compleatur ex
humano addito perfecta quantitas. et sic
illud quod ex alimento generatur non
est de veritate humane nature in hoc
individuo principaliter. sed tantum
secundario in quantum est. necessarium
ad quantitatem debitam. et hoc notat
philosophus carnem et os secundum materiam que
fuit et refuit. sed tamen ex hoc aliqua
pars seminaliter transit in prolem per
generationem. et efficitur principaliter
ex de veritate humane nature ipso
cum admittione alicuius quod fuit prin-
cipaliter de veritate humane nature
in patre ut quidam volunt. vel sine ad-
mitione eius. ut alij dicunt. quod est ma-
gis personam dicitur philosophus in xv. de animalibus.
qui vult sperma totaliter esse de
superfluo alimenti. et sic illud quod ge-
neratur ex alimento non potest esse quod sit
principaliter de veritate humane na-
ture in ipso quod nutritur. sed potest esse de ve-
ritate humane nature principaliter in
alio eiusdem speciei. scilicet in filio ipsius. **E**t
secundum hanc opinionem dicunt quod illud
quod est principaliter de veritate
humane nature in unoquoque totum
in ipso resurget. non autem totum
quod ex alimento generatur. sed solum
quantum sufficit ad completionem quan-
titatis cum propter completionem quan-
titatis tantummodo ad veritatem hu-
mane nature aliquantulum pertineat. et
hec opinio personat sententiam **A**lexan-
dri commenta qui exponit carnem secu-
dum speciem quam philosophus de-
cit semper manere esse illud quod
a parentibus trahitur carnem ve-
ro secundum materiam. illud quod ex

Octauum.

alimento generatur q̄ fluit ⁊ refluit.
Sed hanc opinionem p̄men. Auerois
reprobat in tractatu quem fecit sup
librum de generatione. Cū enī illō
quod ex alimēto generatur nutriat
in q̄ntum est potentia caro. ⁊ augeat
in q̄ntum est potentia quanta caro.
vt dicitur in .ij. de anima. Illud qd̄
generatur ex alimēto postq̄ recepe
rit sp̄m carnis efficitur vnū cum il
lo quod prius inerat. quia in fine cō
uerſum ias est simile. vnde non vide
tur eſſe aliqua ratio quare calor na
turalis aliquid poſſit conſumere de
illa humiditate carnis q̄ ex alimēto
generatur ⁊ non de humiditate que
a parentibus trahitur nec poſſet ali
quo neceſſario modo illud probari.
⁊ ideo tam illud quod eſt a parenti
bus acceptum q̄ illud quod eſt ex
alimento generatum equaliter ſe ha
bet ad hoc q̄ maneat vel conſumaf
per calorem naturalem. ⁊ ad hoc q̄
reſtauretur per nutrimentum qd̄ eſt
fluere ⁊ refluere. ⁊ ſic equaliter perti
net ad veritatez humane nature qd̄
generatur ex alimento ⁊ qd̄ a parē
tibus trahitur. Et ſim hoc eſt tertia
opinio q̄ alimentum p̄uertitur i to
qd̄ eſt p̄ncipaliter de veritate huma
ne nature ⁊ q̄ntum ad sp̄m ⁊ q̄ntum
ad indiuidū. Ponit enim hec opi
nio q̄ vtrunq̄ ſc̄ ⁊ qd̄ ex alimento
generatur. ⁊ qd̄ a parentibus trahit̄
indifferenter ⁊ eql̄iter forma huma
na perficitur ⁊ vtrunq̄ indifferēter
manet vel conſumitur. manet quidē
ſim sp̄m. p̄ſumitur autē ⁊ reſtauratur
ſim naturam. ſicut in aliqua republi
ca diuerſi homines numero ad cōi
tatē p̄tinēt quibusdaz morientibus
⁊ alijs in locum eorum ſuccedenti
bus ⁊ ſic non manet vna reſpublica
ſecundum materiam. quia ſunt alij ⁊

alij homines. manet tamē vna nume
ro q̄ntum ad ſpeciem ſue formaz. p̄
pter ordinis vnitatem in officijs di
ſtinctis. ita etiam in corpore huma
no manet caro ⁊ os ⁊ vnaqueq̄ par
tium eadem numero q̄ntum ad sp̄m
⁊ formam que conſideratur in deter
minato ſitu ⁊ virtute ⁊ figura. nō au
tem manet quātum ad materiam. q̄
illa materia carnis in qua talis for
ma erat prius conſumpta eſt. ⁊ alia i
locum ei ſucceſſit. ſicut patz de igne
qui continuatur ſim eandem formā
⁊ modum p̄ hoc q̄ conſumptis qui
busdaz lignis alia ſupponuntur que
ignem ſuſtinent. Et ſim hanc opini
onem de vtroq̄ predictozum indif
ferenter ſc̄ generato ex alimento et
a parentibus tracto tantuz reſurget
quātum eſt neceſſarium ad ſpeciem
⁊ quātum debita humani cor
poris. Et hec opinio mihi videtur
ceteris probabilior. **S**ecūdu ergo
hanc opinionem ad primum dicen
duz. q̄ diſtinctio philoſophi qua di
ſtinguit carnem ſecundum ſpeciem ⁊
ſecundum materiam non eſt ſic acci
pienda q̄ alia ſit caro que dicitur ſe
cundum ſpeciem ſcilicet a parenti
bus tracta. ⁊ alia que ſit ſecundum
materiam ex alimento generata. ſed
vna ⁊ eadem caro ſignata poteſt cō
ſiderari ⁊ ſecundum ſpeciem quam
habet ⁊ ſecundum materiam. Et q̄
hic ſit intellectus philoſophi patet
ex hoc q̄ ipſe dicit ibidem. q̄ hoc
modo diſtinguitur caro ſecundum
ſpeciem ⁊ ſecundum materiam. ſicut
vnumquodq̄ habentium ſpeciem in
materia. In alijs autem habentib⁹
ſpeciem in materia ſicut eſt lapis et
ferrum ⁊ huiusmodi non habet lo
cum prima diſtinctio ſed ſecunda. vt
per ſe patz

Quodlibet

Et ideo dicendum est qd alimētum cōuertitur in carnem que est fm specie. i. que habz spēm. non tñ ita qd alimētū fiat spēs carnis. sed fit carnis materia. ratione cuius potest dici qd cōuertitur in carnem qntū ad materiam 7 nō qntū ad spēm. **A**d scōm dicēdū. qd veritas humane nature 7 cuiuslibz alterius rei est a specie. 7 ideo cum id quod est in homie manet fm spēm q̄uis nō maneat s3 materiā nihilomin⁹ veritas humane nature manere dicitur nec desinit eē idem homo numero ppter mutationem que est fm materiaz. quia nō tota materia simul a forma abstrahit. vt alia tota simul formam accipiat. **N**ec enī generatio est 7 corruptio sicut si totus ignis vnus extingueretur 7 alius totus accenderetur. s3 aliqua pars materie consumitur 7 alia i locū eius substituitur que efficitur vna materia cum preeristenti p hoc qd ei adiungitur ad sustinendam eandem formaz humani corporis sicut si vnū lignū ignis consumat 7 aliud loco eius apponatur erit idem ignis numero. **A**d tertū dicēdū qd ad conceptionē humani corporis duo concurrunt scz materia ex qua formatur conceptum 7 iterū vis formatiua que conceptum format. quozū primū **A**ug⁹. vocat corpulentā substantiā. scōm vero seminalem rōnem dicimur ergo fm vtrūqz istozū fuisse in adam originaliter. in qntuz sclicz materia conceptus preparata est per virtutem generatiuaz matris. **H**is aut formatiua est in semine patris. 7 vtrūqz istozū reducitur in adam sicut in primaz originē a qua humanā naturam traxerūt virtutes consequentes. **C**orpus autē xpi formatum fuit per virtutes spiritus

at a diuinam. **S**ed materiaz ministravit mater quia ex purissimis sanguinib⁹ virginis concept⁹ est. vt **B**asilius dicit. **E**t ideo non fuit in adam fm seminalem rationem sed fm corpulentam substantiam. non tñ ita qd eadez numero q̄ est in nobis 7 fuit in xpo fuerit in adā. **E**t ex hoc patz respōsio ad sequens.

Deinde querebatur de his q̄ pertinent ad culpaz vel gratiam. **E**t primo querebatur de his que pertinent ad gratiam. **S**ecundo de his que pertinet ad culpam. **Q**uantū ad pertinentia ad gratiaz querebatur primo de his q̄ pertinent ad prelatos tantum. **S**ecundo de his que pertinent ad omnes cōmuniter. **Q**uantum autē ad prelatos querebantur duo. **P**rimo de electione prelatorum. vtrum scilz sit necesse semper eligere meliorē vel sufficiat eligere bonum. **S**ecundo de honore exhibendo prelati. vtrū scz mali prelati sint honorandi

Articulus vi.
Primū sic proceditur. videtur qd necesse sit semper eligere meliorem. **D**icitur enim **iii. Re. Eligite meliorem 7 eius ponte super solium patris sui. ergo multo fortius in spiritualib⁹ officijs meliores preeligi sūt. **P**reterea prima ad **Thi. iij. super illud. **O**portet episcopum irreprehensibilem esse. dicit glo. **T**alis eligatur pontifex cui⁹ comparatione ceteri grex dicantur. ergo oportz i episcopatu semper eligere meliorem. **P**reterea **Leo papa dicit. **I**lle qui est melior in presbyteris 7 diaconibus in ep̄m eligat. **P**reterea ille qui est propinquior ad hereditatē possidendam debz******

Octauum.

preferri. **S**z christo cuius patrimonio possident clerici et prelati est pinguior qui est melior. ergo ad prelationes et officia ecclesiastica semper sunt meliores eligendi. **P**reterea si alicui commissum esset a domino suo ut ei fidelem et idoneum ministrum quereret non ageret fideliter erga dominum suum si pretermisso magis idoneo minus idoneum acciperet. ergo multo magis peccat ille cui commissum est eligere aliquem in ministerium dei si non eligat meliores. **S**ed contra est quod de cretalis dicit. quod sufficit eligere bonum nec requiritur quod melior eligatur.

Responso dicendum. quod aliquis homo potest dici bonus vel melior altero dupliciter. Uno modo simpliciter. et sic melior est qui in charitate est perfectior. Alio modo secundum quid. et sic dicitur aliquis melior altero vel ad militiam vel ad magistratum. vel ad prelationem. vel aliquid huiusmodi qui non est melior simpliciter eo quod in singulis officiis tantum spiritualibus quam corporalibus requiritur aliqua preter moralem bonitatem ad hoc quod aliquis sit idoneus ad illud officium exequendum. Dicendum est ergo quod oportet eligere ad prelationem vel ad officium ecclesiasticum aliquem qui sit bonus simpliciter quod per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum. Unde dicit Dionysius in epistola ad demophilum monachum loquens de sacerdote qui non est gratia illuminatus. **N**on est iste sacerdos sed inimicus dolosus delusor sui ipsius et lupus supra dominicum populum pelle armatus. non tamen oportet quod semper eligatur ille qui est melior simpliciter

Possibile est enim quod illi qui est in charitate perfectior deficiat multa que requiruntur ad hoc quod aliquis sit prelatus idoneus que in alio qui est minoris charitatis inueniuntur. ut sunt scientia industria potentia et alia huiusmodi. Unde non oportet semper eligere meliorem simpliciter sed eum qui sit melior ad hoc officium. **S**i autem eligat quis eum quem reputat minus idoneum ad tale officium peccat. Non enim potest esse quod de duobus unus alteri preeligatur nisi propter aliquod in ipso consideratum. Illud autem quod consideratur in eo qui est minus idoneus ad hoc quod magis idoneo preferatur est aliqua conditio indebite mouens vel familiaritas vel consanguinitas vel aliquid huiusmodi. Non enim potest esse aliqua conditio pertinens ad prelati idoneitatem. ex qua alter simpliciter magis idoneus reputatur. et sic indebite mouet. et sic in tali electione erit ibi acceptio personarum que sine peccato non fit. **A**d primum ergo dicendum. quod cum dicitur **E**ligite meliorem intelligitur de meliori ad talem dignitatem. **A**d secundum dicendum quod in comparatione prelati debet esse ceteri quasi grex non considerata sola sanctitate morum. sed discretionem et strenuitatem et aliis huiusmodi que in pastore exiguntur ad regendum. **A**d tertium dicendum sicut ad primum. **A**d quartum dicendum quod ille qui eligitur in prelatum non eligatur quasi ad hereditatem possidendam quia hereditas christianorum non est in terra. sed est in celo scilicet ipse deus et illud psalmus. **D**eus pars hereditatis mee. eligitur autem velut dispensator in familia domini alicuius secundum illud I. ad Cor. iij. **S**ic nos existimet homo ut ministros christi et dispensatores etc.

Quodlibet

Dispensator autem non se eligitur qui est propinquior sed qui est magis idoneus. **A**d quantum dicendum quod similiter etiam contingeret in procuratore serui alicuius domini temporalis quod non oporteret querere hominem meliorem simpliciter sed meliorem ad faciendum. **A**d illud vero quod in contrarium obijciatur dicendum quod decretalis intelligenda est quantum ad hoc quod non se oportet eligere meliorem simpliciter sed sufficit eligere bonum. **V**el dicendum quod non loquitur quantum ad forum prescientie sed quantum ad forum pretensionis sum in quo non reprobat electio ex hoc quod potest aliquis alius magis idoneus inueniri dummodo ille qui eligitur idoneus sit. alias omnis electio calumnia pateret.

Articulus .vij.

A secundum sic proceditur. **V**ideetur quod malis prelatibus non sit exhibendum honor. Sicut enim dicit Boetius in libro de consolatio. Non possumus ob honores reuerendos iudicare quod ipsi honoribus reputamus indignos. sed mali prelati non sunt honoribus digni. ergo non possunt iudicari esse reuerendi a suis subditis. **P**reterea honor non debetur prelatibus malis nisi ratione prelationis. **C**um ergo sunt prelatione indigni sunt etiam per consequens indigni ad honores et ad alia omnia que sunt prelationi propria. **S**ed contra est quod dicitur **E**xo. xx. Honora patrem tuum. **G**loria id est prelatos. **C**um ergo indiffinitè loquitur videtur quod omnes prelati tam boni quam mali sunt honorandi. **R**esponsio dicendum quod in prelato duo possumus considerare. scilicet personam propriam et dignitatem secundum quam est quedam persona publica. **S**i ergo prelatus sit malus ratione persone sue non est honorandus. quia cum honor sit reuerentia alicuius exhibita in testimo-

nium virtutis falsum testimonium de eo proferret si quis eum obtentu proprie persone honoraret contra illud quod dicitur **Exo. xx.** Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. **S**ed in quantum est persona publica sic gerit typum et locum non sui ipsius sed alterius scilicet christi in ecclesia vel reipublice. ut dominus in secularibus dignitatibus. et sic valor eius non computatur secundum personam sed secundum eum cuius loco prestat. sicut est de lapillo qui in computationibus ponitur loco centum marcarum cum in se nihil valeat ut dicitur **Prover. xxvi.** Sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurij ita qui tribuit insipienti honorem. **M**ercurius enim dicebatur deus rocinij et mercationis. **E**t ita est ei honor exhibendus non propter se sed propter eum cuius locum obtinet sicut adoratio imaginis refertur ad prototypum. ut dicit **Berna.** **U**nde et malus prelatus idolo comparatur. **Zach. xi.** **P**astor et idolum derelinquens gregez. **A**d primum ergo dicendum quod intentio Boetij est dicere quod mali homines non iudicantur ut reuerendi in propriis personis quoniam eis exhibeamus honores propter officia in quibus sunt constituti. **A**d secundum dicendum quod malus prelatus et indignus est prelatione et honoribus qui prelati debentur. sed ille cuius vicem gerit dignus est ut eius vicario talis honor exhibeatur. sicut beata virgo digna est ut eius imaginez depictam in pariete reueremur quoniam vis tali reuerentia ipsa imago digna non sit.

Deinde queritur de pertinētibus ad gratiam quantum ad omnes et que communiter omni statui

Octauum.

Et circa hoc querentur tria. Primo de orationibus, utrum oratio tantum valeat facta pro alio sicut facta pro se. Secundo de suffragiis, utrum magis pro sine paupere magis digno, quam diviti pro quo specialiter fiunt. Tertio de votis, utrum votum simplex dirimat matrimonium contractum.

Articulus octauus

Primum sic procedit. Videtur quod oratio plus valeat pro se facta quam pro alio. Ita enim dicitur in quadam glo. quod speciales orationes plus valent. Sed illa est maxime specialis qua quis pro se orat, ergo plus valet oratio pro se facta quam pro alio. Preterea ut dicitur in li. de spiritu et anima, oratio nihil aliud est quam devotio mentis in deum. Sed magis devote aliquis orat pro se quam pro alio, ergo plus valet oratio pro se facta quam pro alio. Sed contra, oratio tanto amplius valet quanto magis est deuota. Sed quisquis deuotius orat pro alio quam pro se ipso, ergo plus valet oratio pro alio quam pro se ipso. **R**espondeo dicendum quod duplex est valor orationis. Unus qui est orationis proprius secundum quem dicitur valere oratio ad impetrandum illud quod petitur, sicut oratio petri valuit ad suscitationem Thabite. Alius valor est communis orationi et alijs operibus virtutum, secundum quod oratio valere dicitur ad merendum aliquid ipsi oranti, prout charitate informat, sicut oratio petri qua suscitationem Thabite impetravit fuit meritoria Petro vite eterne in quantum erat actus charitate informatus. Loquendo ergo de primo valore ceteris paribus plus valet oratio facta pro se quam pro alio, quia efficacia orationis in impetrando potest amittere suum effectum, quando pro alio fit ex aliquo impedimento, quod inuenit in eo pro quo oratur, unde

una de conditionibus orationis que facit eam efficacem ad impetrandum est ut aliquis pro se oret. Quantum autem ad secundum valorem oratio magis valet que ex maiori charitate procedit, siue pro se siue pro alio fiat. Si autem de interiori charitate per exteriora opera debeat iudicari, tunc ista comparatio potest dupliciter intelligi. Uno modo ut aliquis ita oret pro alio, quam etiam pro se ipso, et tunc maioris meriti est pro alio orare et pro se ipso, quam pro se tantum. Maioris enim meriti est amicum benivolentem et beneficium esse sibi et alij quam sibi tantum. Alio modo potest intelligi ut aliquis oret pro alio et non pro se, et sic ostenditur esse alteri benivolentius magis quam sibi, et ita peccaret in ordine charitatis magis alium quam se diligens et hoc modo intelligendo comparationem melius est orare pro se quam pro alio. **A**d primum ergo dicendum quod ratio illa non est ad propositum, quia specialis oratio dicitur in glo. illa pro quocumque specialiter fiat, siue pro se, siue pro alio. **A**d secundum dicendum quod licet ut pluries homo pro se ipso deuotius oret, tamen quisquis deuotius pro alio, et ita secundum hoc non potest sumi vniuersale iudicium, que oratio plus valeat.

Similiter dicendum ad tertium in preteritum.

Articulus nonus

Secundum sic proceditur. Videtur quod suffragia ecclesie specialiter facta pro aliquo diuitum, equaliter valeant pauperi pro quo non sunt, si sit equalis meriti. Ut enim dicit Augustinus, huiusmodi suffragia tantum valent unicuique post mortem, quantum meruit vivens, ut sibi prodesset. Sed predicti duo equaliter meruerunt, ergo equaliter eis predicta suffragia prosunt. Preterea passio christi semper plus prodest ei qui maioris est meriti. Similia que est precipua suffragiorum est

Quodlibet

memoria passionis dominice. ergo eque
liter profunt eis qui sunt equalis me
riti. **Contra.** Deus accipit huiusmo
di suffragia secundum intentionem facientis
Sed faciens intendit quod plus profunt
diuiti. pro quo facit. ego ei plus pro
funt. **P**reterea non est dicendum quod fru
strum pia intentio eorum qui pro suis
charis specialia suffragia faciunt. Fru
straretur autem si eis specialius non pro
desent. ergo magis profunt eis quibus
fiunt. **R**esponso dicendum quod circa hoc est
duplex opinio. Quidam enim dicunt quod
suffragia ecclesie specialiter pro aliquo
facta valent omnibus qui sunt in pur
gatorio equaliter quidem his qui sunt
equalis meriti. plus vero. his qui sunt
maioris meriti. minus his qui sunt mi
noris. sicut candela accensa per aliquo
diuites in aliqua domo. ubi sunt multi
alii equaliter prodest aliis qui sunt eque
lis visus. plus vero his qui sunt maio
ris minus his qui sunt minoris. quis
sit diuiti magis ad quendam honorem
pre aliis. **E**t sicut etiam lectio que legi
gitur specialiter pro aliquo clerico
multis simul audientibus equaliter va
let his qui sunt equalis capacitatis.
plus his qui sunt maioris. minus ve
ro his qui minoris. **A**lij vero dicunt
quod suffragia plus valent his pro qui
bus specialiter fiunt. **U**traque autem opi
nio secundum aliquod vera est. **A**d cuius
evidentiam sciendum est quod opera unius non
valent alteri quantum ad premium essen
tiale. quia sic unusquisque ex propriis
actibus iudicatur. sed solum quantum ad
aliquod accidentale gaudium. vel quan
tum ad remissionem alicuius pene tem
poralis. **E**t sic suffragia viuorum pos
sunt prodesse defunctis. **H**uiusmodi
autem communicatio operum pertingit
dupliciter. **U**no modo ex unione cha
ritatis qua omnes christifideles effi
ciuntur unum corpus. et sic actus unius

quodammodo redundat in iuvamentum
alterius. sicut etiam in membris nostris
corporalibus videmus. et sic iuvatur
aliquis ex actu alterius in quantum
quilibet existens in charitate gaudet
de bono opere. et quanto est maioris
charitatis tanto amplius gaudet. siue
sit in purgatorio. siue in paradiso siue
etiam in mundo. et quantum ad hoc est
vera prima opinio. **A**lio modo actus
unius sit communis alteri per inten
tionem facientis. quia facit pro illo vel
vice illius. quod valet precipue in de
bitis soluendis. et sic suffragia ecclesie
valent defunctis. in quantum viuus solu
uit deo satisfactionem. quam mortuus sol
uere tenebatur. **E**t sic valor suffragii
sequitur intentionem facientis. **E**t quan
tum ad hoc secunda opinio vera est.
Ad primum ergo dicendum quod meritum
illud de quo loquitur Augustinus est
meritum conditionatum. **P**eretur enim
aliquis viuens ut sibi suffragia post
mortem valeant. si pro eo fiant. que qui
dem conditio extat in vno. et non ex
tat in alio. et ideo non equaliter profunt
vtrique. **A**d secundum dicendum quod passio
christi fuit exhibita pro omnibus. sa
crificium autem misse specialiter pro a
liquis offertur. **E**t ideo non est simi
le. **A**lia duo concedimus.

Articulus decimus

Hoc tertium sic proceditur. **V**i
detur quod votum simplex con
tinentie dirimat matrimonium
um contractum. **S**i enim aliquis det
alicui quod prius alteri dederat. secun
da datio nulla est. **Sed** ille qui emit
tit simplex votum continentie. dat cor
pus suum deo. ergo cum postea con
trahendo matrimonium det corpus su
um uxori. contractus iste matrimonij
nihil valere videtur. ergo etc. **Sed**

Octauum

contra est quod decretalis dicit quod votum simplex matrimonium impedit contractum. sed non dirimit contractum. **R**esponso dicendum quod votum simplex non dirimit matrimonium contractum. sed solum solenne. cuius ratio patet si differentia utriusque voti inspicitur. In voto enim simplici est sola promissio qua quis promittit deo se continentiam seruaturum. Et sola autem promissione non transfertur dominium. unde si aliquis promittat res aliquam alicui. et postea det eam dem alteri. huiusmodi donatio non potest rescindi per priorem promissionem quod uis male faciat dando. Et sic ille qui emisit votum simplex continentie potest postmodum corpus suum tradere uxori. et quamuis peccet hoc faciendo. tamen matrimonium non dirimitur propter votum precedens. In voto autem solenni est simul promissio et collatio. Tunc enim est votum solenne quando simul aliquis cum voto consecratur deo. et ponitur in aliquo statu sanctitatis. vel per suspensionem ordinis. vel per professionem certe regule. et sic non potest ulterius corpus suum tradere uxori. et si tradit contractus nullus est. et sic matrimonium dirimitur per votum solenne. non autem per simplex. **R**atio autem in contrarium adducta falsum supponit. scilicet quod per votum simplex aliquis det corpus suum deo. non enim dat sed promittit.

Deinde querebatur de his que pertinent ad culpam. Et circa hoc querebantur quinque. **P**rimo utrum peccet qui ad ecclesiam vadit propter distributiones. qui alias non iret. quamuis a principio prebendam

acceperit. ut deo seruiret. **S**ecundo utrum aliquis habens de superfluo peccet si non det pauperi petenti. **T**ertio utrum quando sunt diverse opiniones de aliquo facto. utrum ille qui sequitur minus tutus peccet. sicut de pluralitate prebendarum. **Q**uarto utrum mendacium semper sit peccatum. **Q**uinto utrum quantum aliquis intendit peccare tantum peccet.

Articulus undecimus

Primus sic proceditur. **U**idetur quod ille qui vadit ad ecclesiam propter distributiones. alias non iturus peccat. **I**pe enim videtur ponere obsequium diuinum quod est imprecabile sub precatione rei temporalis. ergo committit simoniam. et ita videtur quod mortaliter peccet. **S**ed contra. ille qui facit votum bona intentione. si postmodum in prosecutione voti mutetur voluntas eius ut inuita faciat quod volens promissit. non euacuetur meritum voti. ut videtur. **A**nselmus dicit in libro de similitudinibus ergo eadem ratione qui accipit prebendam ut deo seruiat non peccabit. quamuis postea mutetur intentio. **R**esponso dicendum quod ad evidentiam huius questionis notandum est quod aliquis actus dicitur esse spiritualis dupliciter. **U**no modo ex parte principij. quando scilicet actus competit alicui persone propter aliquod spirituale quod in ipso est. sicut episcopo consecrari basilicas et diacono legere euangelium. et in talibus actibus committitur simonia. si aliquis intendat suum actum vendere. **A**lio modo est aliquis actus spiritualis. non ex parte principij. sed ex parte

Quodlibet

finis tantum. sicut docere liberales artes. quarum veritas spiritualis est sed huiusmodi doctrina non competit alicui propter aliquod spirituale officium. cum etiam gentilibus liceat huiusmodi artes docere. et in his actibus committitur simonia. si vendatur finis qui spiritualis est. scilicet ipsa veritas. non autem si aliquis sua opera locet celebrare ergo divinum officium in ecclesia est actus spiritualis primo modo. Competit enim alicui ex hoc quod est clericus et ideo simoniam committit. qui huiusmodi actum vendere intendit. In qua libet enim venditione precium accipit quasi finis et ideo in predicto casu distinguendum est. Si enim huiusmodi distributiones recipit quasi finem sui operis principaliter intentum. simoniam committit. et ita mortaliter peccat. Si autem habet principale finem deum in tali actu. ad huiusmodi autem distributiones respicit secundario non quasi in finem. sed sicut in id quod est necessarium ad suam sustentationem. constat quod non vendit actum spirituales. et ita simoniam non committit. nec peccat. Sic enim acceptio distributionum non erit causa quare ad ecclesiam vadat. sed proprie huius determinatio quare nunc vadat et non alia vice. Et sic patet responsio ad primum. quia non ponit imperabile sub precio. Ad illud vero quod contra obijciunt dicendum quod tunc in vouente non evacuatur meritum voti. quando intentio vouentis fertur super licitum. ut cum aliquis vellet non facere illud quod vouit. si non vouisset. Si autem feratur directe super illicitum. tunc evacuatur meritum voti. ut cum aliquis vult absolute illud non facere quod vouit. Ille autem qui vult ire ad ecclesiam pro pecunia sicut pro fine principali. habet voluntatem delatam super illicitum

et ideo peccat

Articulus duodecimus

Respondetur secundum sic procedit. Videtur quod ille qui non dat pauperi petenti si habeat de superfluo peccet. Facere enim elemosinam de superfluo est in precepto. Luce xij. Clericis tamen si quid superest date elemosinam. ergo peccat si petenti non tribuat. Preterea aliquis tenetur inquirere de his que sunt necessaria ad salutem. ut aliquis subueniat existenti in extrema necessitate. ergo tenetur quilibet inquirere utrum pauper sit in extrema necessitate. vel statim ei dare. In contrarium est quia sic videtur quod omnes essent damnati. Responsum dicendum quod circa hoc distinguendum est. Supposito enim quod aliquis habeat de superfluo. et respectu indiudivui. et respectu persone. quod tenetur pauperibus erogare. aut videt in paupere petente evidenter signa extreme necessitatis. aut non. si videt certum est quod tenetur dare. et peccat non dando. In hoc enim casu loquitur Ambrosius. Pasce fame morientem. si non paueris occidisti. Si vero non appareant. tunc non tenetur dare pauperi petenti. quia quamvis teneatur dare superfluum pauperibus. non tamen tenetur omnibus dare. nec huic dare. sed tenetur distribuere. finem quod sibi visum fuerit oportunitate. nec tenetur inquirere. quia hoc esset nimis graue quod de omnibus pauperibus inquireret. et precipue cum ad eum qui necessitatem patitur pertinet ut necessitatem suam exponat et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus tertiusdecimus

Respondetur tertium sic proceditur. Videtur quod ille qui habet plures prebendas peccet ex hoc ipso

Octauum

¶ opinioniones magistrorum sunt in contrarium. Quicumque enim committit se discrimini in his que sunt ad salutem peccat. Sed iste committit se discrimini ut videtur cum faciat contra multorum peritorum sententiam ergo videtur quod peccet. Sed contra. Potest esse quod in tali casu aliquis adhibet diligentiam inquirens an habere plures prebendas sit licitum. nec inuenit aliquid quod eum moueat ad hoc quod sit illicitum. ergo videtur quod sine peccato possit plures prebendas habere. Responso dicendum quod duobus modis aliquis ad peccatum obligatur. vno modo faciendo contra legem ut cum aliquis fornicatur. Alio modo faciendo contra conscientiam. et si non sit contra legem. ut si conscientia dicat alicui quod leuare festucam de terra sit peccatum mortale. Ex conscientia autem obligatur aliquis ad peccatum. siue habeat certam fidem de contrario ei? quod agit. siue etiam habeat opinionem. cum aliqua dubitatione. Illud autem quod agitur contra legem semper est malum nec excusatur per hoc quod est secundum conscientiam. et similiter quod est contra conscientiam est malum. quauis non sit contra legem. quod autem nec contra conscientiam nec contra legem est non potest esse peccatum. Dicendum est ergo quod quando sunt due opinioniones contrarie de eodem. oportet esse alteram veram et alteram falsam. Aut ergo ille qui facit contra opinionem magistrorum. ut pote habendo plures prebendas facit contra veram opinionem. et sic cum faciat contra legem dei non excusatur a peccato. quauis non faciat contra conscientiam. sic enim contra legem dei facit. Aut illa opinio non est vera sed magis contraria quam iste sequitur. ita quod vere licet habere plures prebendas

et tunc distinguendum est. quia aut talis habet conscientiam de contrario. et sic iterum peccat contra conscientiam faciens. quauis non contra legem. Aut non habet conscientiam de contrario. sed certitudinem. sed tamen in quadam dubitatione inducitur ex contrarietate opinionum. et sic si manente tali dubitatione plures prebendas habet periculo se committit. et sic proculdubio peccat ut pote magis amans beneficium temporale quam propriam salutem. Aut ex contrariis opinionibus in nulla dubitatione adducitur. et sic non committit se discrimini. nec peccat. Unde patet solutio ad obiecta

Articulus decimusquartus

H quartum sic proceditur. Videtur quod non omne mendacium sit peccatum. Maius enim peccatum est homicidium quam mendacium. Sed homicidium potest licite fieri. ut cum iudex occidit latronem. ergo et mendacium. Preterea in sacra scriptura quidam laudantur qui tamen mentiti esse intelliguntur. ut obstetrices Jacob et Judith. ergo mendacium non semper est peccatum. Sed contra est quod Augustinus determinat in libro de mendacio. Responso dicendum quod quoadcumque aliquis actus habet aliquam inordinationem inseparabiliter annexam nunquam potest bene fieri. quia ipsa inordinatio est aliquid superfluum vel diminutum. et ita non potest in tali actu medium accipi. in quo virtus consistit. ut patet per philosophum in sexto ethico. Huiusmodi autem actus est mendacium. Ad hoc enim inuenta sunt verba vel voces. ut sint signa intellectuum. ut dicitur in principio periar. et ideo quando aliquis voce enunciat quod non habet

Quodlibet

in mente. quod importatur in nomine mendacij. est ibi inordinatio per abusus vocis. et ideo concedimus quod mendacium semper est peccatum. Ad primum ergo dicendum quod homicidium semper est peccatum. quia inordinacionem habet inseparabiliter annexam. homicidium enim plus importat quam occisio hominis. Composita enim nomina frequenter plus important quam componentia. Importat enim homicidium occisionem hominis indebitam. et ideo homicidium nunquam est licitum. quavis occidere hominem aliquando liceat. Ad secundum dicendum quod sicut augustinus dicit in libro de mendacio. et habetur in glossa super illud psalmi. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Dupliciter aliquis laudatur in scriptura. Quidam propter perfectum statum virtutis. et horum facta ponuntur omnibus in exemplum. et de talibus non legitur quod mentiri sint. vel si aliqui dixerunt. que mendacia videntur secundum intentionem quas ex instinctu spiritus sancti conceperunt. mendacia non sunt. Quidam vero laudantur propter virtutis indolem. et sic in aliquibus mendacium fuisse legitur maxime officiosum. sicut patet de obstetricibus. Non enim commendantur quia mentite sunt. sed propter misericordiam ex qua in mendacium inciderunt. et sic apparet in eis quedam indoles. id est profectus virtutum. non autem perfectio.

Articulus decimus quintus.
De quinto sic proceditur. Utdetur quod non oportet quod si aliquis intendat peccare mortaliter quod peccet propter hoc mortaliter. Deus enim promissus est ad miserendum quam ad puniendum. ut habetur ex glossa in principio. Viere. Sed si aliquis intendat peccare venialiter. non sequitur quod propter hoc peccet venialiter. ergo nec

oportet quod qui intendit peccare mortaliter. quod propter hoc peccet mortaliter. Sed contra. Quicumque intendit peccare mortaliter facit contra conscientiam. Sed omnis talis peccat mortaliter. ergo etc. Responsio dicendum quod improprie dicitur quod aliquis intendat peccare mortaliter aut venialiter. Malum enim est preter intentionem et voluntatem. ut dicit dionysius quarto ca. de divinis nominibus. Sed aliquis qui intendit facere aliquid quod credit esse mortale peccatum. ex hoc dicitur quod intendit peccare mortaliter. Predicta ergo questio nihil aliud querit nisi quare aliquis credens esse peccatum mortale quod facit. peccat mortaliter. Non autem est necesse quod sit veniale. si credat veniale esse. ut si fornicationem credat esse veniale peccatum. Cuius questionis de facili patet solutio quia cum conscientia etiam erronea habeat vim ligandi ex hoc ipso quod contra conscientiam facit mortaliter peccat. Error autem conscientie nunquam habet vim absolvendi sive excusandi. quando scilicet procedit ex ignorantia eius quod quis scire non potest vel scire non tenetur. et in tali casu quod nis factum de se sit mortale. tamen intendens peccare venialiter peccaret venialiter. sicut si aliquis intenderet accedere ad uxorem suam causa delectationis. et ita intenderet peccare venialiter. si alia ei supponeret eo nesciente. nihilominus venialiter peccaret. Quod vero error conscientie non habet vim absolvendi vel excusandi. quando scilicet ipse error peccatum est ut cum procedit ex ignorantia eius quod quis scire tenetur et potest. sicut si crederet fornicationem simpliciter esse peccatum veniale. et tunc quavis crederet peccare venialiter. non tamen peccaret venialiter sed mortaliter. Et sic patet responsio ad obiecta.

Octauum

Deinde querebat de his que pertinent ad penam et gloriā. Et primo de his que pertinet ad penam. Secundo de his que pertinent ad gloriā. Circa penam autē querebatur primo de pena spirituali. Secundo de pena corporali damnatorum. Circa primum duo querebant. Primo utrum damnati videant gloriam sanctorum. et maxime post diē iudicij. Secundo utrum damnati vellent suos propinquos esse damnatos.

Articulus sextusdecimus. **P**rimus sic proceditur. **V**idetur quod damnati post diē iudicij videant gloriam sanctorum. Sicut enī se habet gloria ad miseriam. ita miseria ad gloriam. Sed de perfectione glorie sanctorum est ut videant miseriam damnatorum ut habetur **Isaie ultimo.** Egrederentur et videbunt cadauera impiorum. ergo et de perfectione miserie damnatorum est ut videant gloriam sanctorum. et sic post diē iudicij quando in miseria perfecta erunt. videbunt gloriam sanctorum. **P**reterea post diē iudicij nulla afflictio a damnatis subtrahetur. Sed nūc affliguntur damnati de hoc quod vident gloriam sanctorum. sicut illud **Isa. xlvj.** Videant et confundantur zelantes populi. ergo et post diē iudicij gloriam sanctorum videbunt. **S**ed contra. **O**mnis delectationis materia dānatis post diē iudicij subtrahetur. Sed videre sanctorum gloriam est quidam materia delectationis. ergo etc. **R**esponso dicendum quod videre gloriam beatorum dupliciter contingit. **U**no modo ut capiat quid sit ipsa gloria. et quāt et quanta. et sic nullus potest videre gloriam nisi qui est in gloria. **S**upat

enim et desiderium et intellectum eorum qui non sunt in ea. **H**oc enī est in āna absconditum et nomen nouum scriptum in calculo. quod nemo nouit nisi qui accipit. ut habetur **Apoc. scdo.** Alio modo contingit videre gloriam beatorum ut videantur ipsi beati esse in quadam gloria inenarrabili et excedente intellectum. **E**t sic damnati ante diē iudicij vident gloriam sanctorum non autē post diē iudicij. quia tūc erunt penitus a sanctorum consortio alienati. ut qui ad summum iam miserie peruenierunt et ideo nec etiam sanctorum consortio digni habebuntur. nam videris aliquod consortium habet cum eo quod videt. **A**d primum ergo dicendum quod videre miseriam damnatorum omnino erit sanctis ad gloriam. gaudebunt enī de iustitia dei et de sua euasione sicut illud **ps.** Letabitur iustus cum viderit vindictam. **S**ed videre sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat quia post diē iudicij damnati priuabuntur. **A**d secundum dicendum quod damnati in inferno existentes post diē iudicij memores erunt glorie sanctorum quam ante iudicium et in iudicio viderunt. et sic cognoscēt eos esse in maxima gloria. quibus non videant ipsos beatos nec eorum gloriam. et ita inuidia torquebuntur. et sic afflictio que est in eis nūc ex tali visione manebit visione sublata de quo etiam magis dolebunt videntes se etiam visione sanctorum indignos reputatos. **A**d illud quod contra obijcitur dicendum quod videre sanctorum gloriam non est materia delectationis nisi sicut primum modum visionis videatur. qualiter a damnatis nunquam videtur. secundo autē modo videre et non habere est magis afflictionis causa propter inuidiam

p. iij

Quodlibet

Articulus decimusseptim⁹.

tent obiecta.

Hic scdm sic proceditur. **V**idetur qd damnati nō vellent suos propinquos esse damnatos. **D**icitur enim **Luce** decimosesto qd dives in inferno dānatus. petebat **Lazarū** mitti ad fr̄es suos vt testaret̄ illis ne venirent in locum tormētōrū. **P**etitio autem est volūtatis designatio. ergo damnati non volūt suos propinquos damnari. **S**ed contra est quod dicitur **Isa.** decimoquarto super illud **Surrexerunt** de folijs suis. dicit glosa **Solatio** est damnatis socios h̄re sue miserie. ergo ipi vellent omnes esse damnatos. **R**esponso dicendum qd vitia spiritualia in dānatis cōsumantur quod significat **Ezechielis** tricesimosecūdo. vbi dicit̄ de impijs. qd cum armis suis ad infernū descendunt. et ideo in eis perfecta invidia est. ad quam pertinet dolere de bono alterius. quod ipse non habet et sic etiam velle omnes pati malum quod ipse patitur. **L**iberari enī a malo quoddam bonum est. **Q**ue quidez invidia in aliquibus etiā in hac vita tantū inualecit. vt suis propinquissimis etiā inuideant de bonis que nō habent ipsi. **U**nde multo amplius dānati inuidis stimulantē vellent suos propinquos cum omnibus alijs eē damnatos. et dolebunt si sciant aliquos esse salvatos. **S**ed tamen non omnes debēt damnari. sed aliqui salvari. magis vellent suos propinquos q̄ alios a damnatione liberari. quia in hoc etiā invidia torquebūtur. si videant salvari alios et suos damnari. et per hunc modum dives damnatus volebat suorum damnationem. et sic pa-

Articulus decimusoctav⁹. **E**inde querebatur de pena corporali damnatorū. vtruz scilicet sit ibi tantū pena ignis vel etiam pena aque. et videtur qd sic per illud **Job** vicesimoquarto de impijs. **T**ransibunt ab aquis nivium ad calorem nivium. **S**ed contra. **O**mnis delectatio et refrigeriū damnatis auferitur. **S**ed non potest esse sine quodam refrigerio qd aliquis afflictus calore ad frigus aque trāseat vel e converso. ergo talis penarum alternatio non erit in damnatis. **R**esponso dicendū qd sicut dicit **Basil⁹** exponēs illud ps̄. **V**ox domini intercedentis. **I**n fine mundi ignis dividetur et alia elementa. et quicquid ē in eis pulcrum et clarum remanebit superius ad gloriā beatorū. quod vero est in eis fetulentum et penosum descendet in infernum ad penā damnatorū. et ita sex totius creature in infernū colligetur et erit damnatis in penam. et nō solum patientur penam ignis. **I**ustum est enim vt qui creaturam offenderunt ab omni creatura puniantur. **U**nde dicitur **Sapientie** quinto. **D**e orbis terrarū pugnabit pro illo contra insensatos. **A**d illud autem quod in contrariū obijcitur dicendum qd ex huiusmodi varietate penarum nullum erit in damnatis refrigerium. **I**gnis enim et aqua et huiusmodi non agent in corpora damnatorum actōne nature. ita qd relinquēt suas qualitates in corporibus damnatorū. s̄m esse nature sicut ignis relinquit calorem in lignis que facit esse calida. alioquin cum cōtraria nō

Octauum

possint esse simul in eodem oporteret corpora damnatorum suas qualitates perdere. et sic transmutata natura organorum fieret dena minus sensibilis. sed agunt in corpora damnatorum actio spirituali. imprimendo scilicet suas qualitates in corporibus damnatorum esse spirituale. per modum quo species colorum est in aere. vel etiam in pupilla. non ita quod fiant colorata. Unde corpora damnatorum sentient afflictionem ignis sine hoc quod conuertantur in naturam ignis et ideo varietas penguinum non facit eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alteratione penarum proueniens causatur ex transmutatione nature. in quantum per frigus aque superfluitas calefactionis remittitur. et sic ad medium venit. quod est delectabile.

Deinde querebatur de gloria beatorum. et circa hoc queruntur duo. Primo utrum beatitudo sanctorum per prius consistat in intellectu quam in affectu. vel e converso. Secundo utrum per prius beatificentur ad videndum humanitatem christi quam eius diuinitatem.

Articulus decimus nonus

Hic primus sic proceditur. Videtur quod beatitudo sanctorum precipue consistat in intellectu. Sicut enim dicit Augustinus x. confes. Beatitudo est gaudium de veritate. Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum. ergo et beatitudo. Preterea Jobis decimo septimo dicitur. Nec est vita eterna ut cognoscant te solum.

verum deum et quem misisti Iesum christum. Cognitio autem ad intellectum pertinet. ergo et vita eterna siue beatitudo. Preterea Augustinus dicit primo de trinitate. Quod visio est tota merces. Merces autem est beatitudo. ergo pertinet principaliter ad visionem intellectus. Sed contra. Premium respondet merito. Sed meritum principaliter consistit in voluntate. ergo et beatitudo que est premium. Respondo dicendum quod felicitas siue beatitudo in operatione consistit et non in habitu. ut plus probat in primo ethi. Unde beatitudo hominis potest comparari ad aliquam potentiam anime dupliciter. Uno modo sicut obiectum potentie. et sic beatitudo precipue comparatur ad voluntatem. Non enim beatitudo vltimum finem hominis et summum bonum ipsius. Finis autem et bonum sunt obiectum voluntatis. Alio modo sicut actus ad potentiam et sic beatitudo originaliter et substantialiter consistit in actu intellectus. Formaliter autem et completiue in actu voluntatis. quia impossibile est ipsum actum voluntatis esse vltimum finem voluntatis. Vltimus enim finis hominis est id quod est primo desideratum. Non autem potest esse quod primo volitum sit actus voluntatis. prius enim est potentia ferri in aliquod obiectum quam quod feratur super actum suum. Prius enim intelligitur actus alicuius potentie quam reflexio eius super actum illum. Actus enim terminatur ad obiectum et ita quilibet potentia prius fertur in obiectum quam in actum suum. sicut visus prius videt colorem quam videat se videre colorem. et ita etiam voluntas prius vult aliquod bonum quam velit se velle.

Quodlibet

et sic actus voluntatis nō potest esse primo volitum. et per cōsequens nec vltimus finis. sed quotienscunq; aliquid quod bonum exterius est desideratū quasi finis. ille actus noster est nobis quasi finis interior. quo pmo pfecte attingimus ad ipsum. sicut dicim⁹ q; comestio finis est et beatitudo ei⁹ qui ponit cibum finem suum. et possessio eius qui finem suum ponit pecuniaz. Finis autē nostri desiderij deus est. Unde actus quo ei primo coniungimur est originaliter et substācialiter nostra beatitudo. primo autē deo cōiungimur per actum intellect⁹. ⁊ ideo ipsa dei visio que est actus intellect⁹ est substācialiter et originaliter nra beatitudo. Sed quia hec operatio pfectissima est et convenientissimū obiectum. ideo consequitur maxima delectatio. que quidem decorat operationem ipsaz ⁊ perficit eam. sicut pulcritudo iuuetutē. vt dicitur in deo ethi. vnde ipsa delectatio que voluntatis est. est formaliter complēs beatitudinem. et ita beatitudinis vltime origo est in visione. completūz autē in fruitione. Tres ergo prime rationes cōcedende sunt. quia ostēdūt q; beatitudo substācialiter cōsistat in actu intellect⁹. Ad illud autē quod contra obijcitur dicēdū q; meritum cōsistit in agendo. premiū autē in recipiendo. Actio autem primo pertinet ad voluntatē. quia ipsa mouet omnes alias vires. sed receptō pmo pertinet ad intellectum q; ad voluntatē. vnde premiū per prius attribuitur intellectui. meritū autē voluntati.

Articulus viceſimus

Ad secundū sic proceditur. Videtur q; beati in gloria p̄ferantur ad cōtemplandam

christi diuinitatez q; eius humanitatem. Altissimo enī statui altissimus actus primo et p̄ncipaliter cōpetit. S; beati sunt in statu altissimo. Cū ergo actus intelligentie que est potentia altissima. cuius est ferri in deū. sit actus altissimus et nobilissim⁹. videtur q; hic actus pmo beatis cōpetat vt deum contemplantur. Preterea hoc ad imperfectionem vie pertinet q; oportz nos ab inferioribus ad superiora cōtemplanda conscendere. Sed in beatis erit perfectio p̄traria imperfectioni vie. ergo ipsi ecōuerso per prius superiora cōtemplabūtur. et sic primo christi diuinitatez q; eius humanitatem. Sed cōtra. Ad extremum non peruenitur nisi per mediū. Sed mediū inter deum et homines est christi humanitas primo ad Th. scdo. Mediator dei et hominum homo christus Jesus. ergo sancti nō p̄ueniunt ad cōtemplationez diuinitatis christi nisi prius cōtemplādo eius humanitatem. Responsio dicendum q; vnusquisq; prius considerat illud quod est ratō alicui⁹ q; id cui⁹ ratio est sicut artifex prius cōsiderat regulam operis q; fm regulam operetur. Beati autē adeo sunt deo cōiuncti. vt ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitionis et operis. Aliter enim act⁹ beatitudinis per alias cognitōnes et operationes sanctorū impediretur. Et ideo illud ad quod sancti pmo attendunt est ipse deus et eum habent meritiū cuiuslibet cognitionis et reglāz cuiuslibet operationis ⁊ sic per p̄us cōtemplant diuinitatez xp̄i q; ei⁹ humanitatem. In vtrāq; tamē p̄templāda delectationē inueniunt. vnde dicitur Jo. x. Ingredientē scz beati ad cōtemplandam diuinitatez xp̄i. et egredientē

Nonum

ad p̄templandā eius humanitatē. et
v̄trobis̄ pascua inueniēt. id ē delca-
tionē. v̄t exponit̄ in li. de spū z anima

Huas ergo primas rōnes p̄cedim?
Ad illud quod cōtra obiicitur dī-
cendū q̄ ratio illa procedit quantuz
ad statum vie in qua nondū sumus
deo perfecte coniuncti. Sed oportet
nos ad deum per christum accedere.
sed cum iā deo in beatitudine cōiūcti
erimus. per prius intēdemus christi
diuinitati q̄ eius humanitati

Incipit quodlibet nonū
sancti Thome

Questus est primo de ca-
pite xp̄i. Deinde de mē-
bris. De christo q̄stus
est tripliciter. Primo
quātū ad naturā diuinā
Secundo quātū ad v̄nionē hūane
nature ad diuinā. Tertio quantum
ad species sub quibus in sacramento
altaris continetur

Articulus primus

Quia primū querebat̄ v̄tuz
deus possit facere infinita eē
actu. et videtur q̄ non. Deus
enim potest facere aliquid maius oī
eo quod facit. quia eius potentiā nō
adequat opus. v̄t dicit Hugo de s̄o
Victore. Sed infinito in actu nō po-
test esse aliquid maius ergo non pōt
esse q̄ deus faciat infinitū in actu.
Sed cōtra. Deus potest plus facere
q̄ hō possit dicere vel cogitare. s̄m
illud. Luce p̄mo. Nō erit impossibile
apud deum om̄e verbum. S̄z homo

potest dicere esse infinitum in actu. et
etiam cogitare. cū quidā philosophi
hoc posuerunt. v̄t patz in tertio phi.
ergo deus potest facere infinitum in
actu. **R**esponso dicendū q̄ cum di-
citur deum non posse aliquid facere.
hoc nō est propter defectum diuine
potentie. sed propter incōpossibilita-
tem que importatur in facto. Quod
quidē contingit dupliciter. Quid mo-
do quia repugnat facto in quantum
est factum. sicut dicimus deū nō pos-
se facere aliquam creaturaz. que se in
esse conseruet. quia ex hoc ip̄o q̄ res
aliqua ponitur habere superiorē. po-
nitur etiā indigere conseruatione cū
idem sit causa essendi rei et p̄seruans
rem in esse. Alio modo q̄a repugnat
huic facto in quantum est hoc factum
sicut si dicamus deum nō posse face-
re equū rationalem esse. Esse enim ra-
tionale quātū non repugnet facto.
in quantum est factum. tamē hoc factū
scilicet esse rationale repugnat omni
equo in quantum est equus. in cuius dif-
finitōne cadit irrationale. Quidā au-
tem dicunt q̄ deus nō potest facere
esse infinitum in actu. quia esse infini-
tum repugnat facto in quantum est fa-
ctum. Est enim contra rationē crea-
ture. v̄t creatorem adaequet. qd̄ opor-
tet ponere. si est aliqua creatura infi-
nita. Infinitum enim infinito maius
non est. Sed istud nō videtur ratio-
nabiliter dici. Nihil enīz prohibet il-
lud quod est infinitū per vnū modū
superari ab eo quod est infinitū plu-
ribus modis sicut si eēt aliquid cor-
pus infinitum s̄m longitudinem. fini-
tum vero latitudine. esset minus cor-
pore longitudine et latitudine infini-
to. Dato aut̄ q̄ de⁹ faceret aliqd̄ cor-
pus infinitum actu. corpus quidem
hoc esset infinitū quātitate dimēsiua